



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

15 Probatio de non jure rei non prodestaganti in beneficialibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- benef. in pr. esa. numer. 3. & etiam exprimere pensionem sibi reservatam Card. in cap. ad audientiam. 2. in quarta oppositio. de reser. & licet videatur, quod in gratia facta motu proprio taciturnitas obtentorum non reddat gratiam nullam. ut d. c. si motu proprio. Felyn. in d. cap. ad aures. num. 6. & Gomef. eod. num. 3. dispositio tamen § dicti c. si motu proprio, fuit correctā per Sixtum V. in Reg. Canc. 50. de exprimendo vero valore, ubi super expressione veri valoris, & obtentorum idem statuit de beneficijs motu proprio collatis, quæ de beneficijs, quæ ad supplicationem conferuntur, ut etiam disposuit Clemens Papa VIII. in reg. ejusdem Canc. 54. quapropter in quibuscunque gratijs, tam motu proprio factis, quam alijs, provisi tenentur exprimere verum valorem, tam beneficij impetrati, quam obtentorum ex supra deductis.*
- 13 Quæri autem potest, quando § in litteris apponitur clausula, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, an executor teneatur vocare partem ut assistat examini, & videtur, quod sic, quia executor super idoneitate debet pronunciare Lap. alleg. 15. nu. 5 & Paril. conf. 57. nu. 51. vol. 4.
- 14 At semper in actu præjudiciali § pars, de cujus præjudicio agitur, est vocanda. l. de uno quoque. de re jud. l. in concedendo, & l. in diem. ff. de acqu. plu. arc. cap. Ecclesia Sancta Mariæ in fin. de constit. cap. inter quatuor. de majorit. & obed. cap. 1. de caus. poss. & propri. cap. cum olim. de testam. & clem. pastoralis. §. denique ver. dici ne de re jud. cū collatio dependeat ab approbatione, vel reprobatione, & reus possessor vincat per non jus actoris, etiam si de non jure rei fuerit probatum, cap. olim. in fin. de rescript. glo. fin. in
- cap. unic. de eo qui mit. in poss. ff. in 6. Romi conf. 347. num. 1. & num. 5. Compostell. in cap. mandatum. num. 4. de rescript. Felyn. in d. cap. olim. num. 9. eod. tit. & Rota decis. 2. num. 2. de except. in antiquior. Tamen in dicto examine in litteris Apostolicis collationis beneficiorum sibi commissio partem vocare non tenetur, quia examen hujusmodi non est actus judicialis. Innoc. in cap. fin. in fin. de translac. Pralat. Card. in Clem. 1. de off. deleg. Rota. decis. 4. nu. 3. de sent. & re judic. in antiqu. & Felin. in cap. fin. numer. 36. de præsumpt. In contrarium verò adducta procedunt in actu judiciali.*
- 16 An autem delegatus § pro examine hujusmodi faciendo possit delegare, si in litteris sit apposta clausula, conscientiam tuam onerantes, quia videtur electa industria personæ, subdelegare non potest. l. nulli C. de Episc. & cler. Imol. in cap. si. de off. deleg. Alex. in l. à judice. num. 4 C. de jud. & Rota decis. 18. in fin. de concess. præb. in nov. stantibus præsertim verbis, confitito tibi, & conscientiam tuam, & c. Felyn. in d. cap. fin. in fin. de off. deleg. tamen, si examinandus esset in partibus longinquis absens, & executori cognitus, illius examen alteri committi posset ex alijs deductis in dict. decis. 18. numer. 4. quando verò non apponitur clausula, conscientiam tuam onerantes, vel collatio auctoritate ordinaria fieri debet, examen super idoneitate poterit subdelegari clem. uni. de off. deleg. & Rota decis. 4. in si. de sent. & re jud. in antiqu.
- 17 Quid autem de clausula, § dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui specialiter jus quæsitum? Quia, ut supra deduxi, jus quæsitum tertio semper intelligitur reservatum, videretur nihil operari, quo-